

et prudentiā prudentū repbabo. Ubi sapiēs. vbi scriba. vbi ino
quisitor hui⁹ seculi. hec et filia nihil curauit. Nā scientiā meā nō
curauit ornare bona scientia. Et scia mea plus p̄fuit mibi ad
eternā damnatōē. q̄ nullus audebat me corrigere: cū ego erā
m̄ḡ oīm alioz per totā vniuersitatē. et in his que dei s̄z nihil
curauit seu delectabar: sed solū in his que sunt mōi et vane gl̄e
multū delectabar sup̄ modū. Sed querz cur mibi nō p̄fuit la
crimosa peritio. Rādeo: q̄ non fleui pro multiplici offensa mei
creatoris. sed q̄ me amicos meos dilectos amittere oportebat
hec fuit eā mei fletus. Ecce fidē xp̄ianā legi iustruī et defendi
ac filiter tenui: sed nullis bonis opibus eandē ornauī. Et p̄bū
q̄d in euāgelio d̄r: videlicet. Non omnis qui d̄r domine dñe in
trahit in regnū celoꝝ. sed q̄ facit voluntatē p̄ris mei. Nō curau
ni adimplere. et ideo p̄fectus sum in explicabilē penā tanq̄ ab
ortuius et p̄p̄sima oīm clericoꝝ. Et his dictz disparuit vmbra
Et ideo Bern. ait. Sapiens ē qui relinq̄t secularia tāq̄ mala
p̄iuria et vana. et desiderat futura et et̄na gaudia tāq̄ optia. Si
ra ḡ et regira de pedib⁹ vsq̄ ad p̄ticē. de v̄tre ad dorsū. et nūq̄
inuenies requiē. donec inuenies xpm h̄ p̄ grāz et illic p̄ gl̄iam.

De sacerdotibus curatis ne

scientibus predicare. Et si sciunt: nolunt.

Cap. vi.

¶ Unū quidam sacerdotes qui curam animarum ha
bent et predicare nesciunt et si sciunt non tamen pre
dicant. De quibus solemniter doctoz Heinricus de
Baudano q̄d libro suo. c. iij. dicit. quod isti curati s̄z
in statu damnationis qui predicare nesciunt. aut qui sciunt nō
tamen predicant s̄m quod requirit indigentia populi tempore
oportuno. Et postea subdit. Quod minus ydoneus tenens cu
ram animarū cum videt q̄ magis ydoneus potest haberi stua
dere debet vt magis ydoneus preferatur. Alioquin videtur tan
q̄ raptor spoliare et priuare populum omnium profectu quam
magis ydoneo posset habere. Sed heu ista et plura alia que
ad clericos et sacerdotes requirunt non aduertunt. in fecit lepra
superbie et cupiditatis. Unde dominus dicit ad beatam. Brio
giram. Ego elegi clericum qui voluntatem meam voce clama
ret et opere ostenderet. Sed ipse clericus factus est leprosus.

DD ij

No

Capitulum

sextum

et mutus. Quia omnis qui querit in clero videre pulchritudine
 morum et virtutum recurrit retro turbam visu et abhorret accedere
 ad deum propter lepra superbie et cupiditatis sue. Si vero querit
 eum audire mutus facit? est clericus a dei laude et garrulis ad
 laudem propriam. Quomodo ergo aperiet via ad celestem patriam
 acquirendam si ille non est abilis qui debet procedere. Et quo aus
 dicitur sanitas illa celestis si ille mutus est qui debet clamare.
 Nam non solum non studet dei gloriam et honorem querere quomodo
 modo lucret deo animas. sed solum quomodo repleat marsupium
 et congregat diuitias et placeat hominibus. Hoc totum apostolus.
 Paulus predicat dicens ad thimotheum. Erunt inquit boies
 seipsum amantes. Glosa. Nam illi dicunt seipsum amare qui com
 moda sua et suum honorem temporale plus diligunt quam honorem
 dei. Jam paucissimi reperiunt viri ecclesiastici qui zelum habeant
 animarum. Quantos enim defectus videmus in spiritualibus. Quod
 sunt loca carentia predicatoribus veritatum. Quod homines seden
 tibus ab ignavis et malis confessoribus. Quod simplices exem
 plis pessimis sacerdotum corrumpunt. Cum enim laici reprehendun
 tur de sua vita inordinata puta de incontinentia. lascivia. auaritia.
 superbia usura. omnes concorditer se excusant per clericos
 et sacerdotes dicentes. Tu isti taliter viuunt et faciunt qui scrips
 turas non ignorant et spirituales existunt. ideo non sunt tanta peccata
 et nobis non minus quam ipsis licet talia perpetrare. Et sic populo per
 eunt clerici viciose viuunt scilicet occasio et auctores mortis. Procul
 dubio quod tanta mala in ecclesia sunt et quotidie pullulant et augen
 tur. Clerici sunt in causa et originaliter episcopus et prelati. quod
 hodie nobiles et potentes. diuites et pueri promouent ad bene
 ficia curata. qui nec sciunt nec scire volunt. ymo erubescunt discere
 et alios docere. et pueros corrigere et spiritualibus intendere.
 Qui vero sciunt verecundant et non curant. dedignant et attedi
 untur predicare. confessiones audire et cum indigentibus simplicitatem
 occupari. Unde. Bern. Insolentia clericorum cuius magistra est
 negligentia episcoporum et prelatorum ubique terrarum turbat et mor
 lestat ecclesiam. Et post pauca subdit. clerici alienis locupletant
 comedunt fructus terre absque pecunia. et prodit quasi ex adipe
 iniquitas eorum. Unde scriptura de talibus ait. Sedit populus
 manducare et bibere et surreperunt ludere Deum. scriptum est.

Incrassatus est dilectus et recalcitranit. Et Iſo de talibus con-
querit dñs per Ezechielem. p̄phetā. xxij. ca. dicēs. Sacerdotes
cōtempserūt legem meā et polluerūt sanctoria mea. Super
quibus verbis ait. Crisost. Sacerdotes fidē predicāt et infis
deliter agūt. Pacem alijs dant et sibi eam nō seruāt. veritatē lau-
dant et mendaciū diligūt. Avaritiā dānant et ipsam exercent
quis enī pro transgressoribus legis intercesserit ad deū aut ipsi
qui ad intercedendū sūt missi inueniunt legis euāgelice transgres-
sores. Et nō solum nos transgressores legis sūmus. s; et multos
videmus tales et tacemus nō resistēdo eis. et hoc ideo ut in pace
et in voluptate viuam⁹. et sic polluti maneamus. Quid tñ digni⁹
sacerdotibus qui supra cathedrā moysi cōstituti sūt a domino iu-
dices populorū. habentes potestātē ligādi atq; absoluedi in celo
et in terra. quibus precepit dominus per omnia obedire dicens.
Omnia quecūq; dixerint vobis seruate et facite. Mat. xxij.
Sed horrendum est quod sequit. videlicet. fm aut opera corū
nolite facere. dicūt enī et non faciunt. opera grauiā et importau-
bilia possūt in humeros hominū. digito aut suo nolūt ea mo-
ueri. Crisost. ait. Quis enī aliquē vidit clericū cito penitētē
et si depebensus fuerit q se humiliauerit nō ideo dolet quia
peccauit. sed dolet quia cōfunditur et gloriā suā perdit. et
nescit enī aliquando videri reus quia semper fuit aliorum iudex.
Quanta est sacerdotalis dignitas si rationabiliter obseruet.
Pastores enī ouīū sunt dominici gregis. S; pro chdolor oues
pascere nesciunt. nec illi qui sciunt volūt. Ecce oues sicut. Bre.
dicit fame moriuntur vite pascua nō habentes. Et subdit. Nō
debet fieri rusticus qui nescit arare. non debet fieri miles qui
nescit pugnare. non debet fieri nauita qui nescit maris pericula
lum vitare. Sic similiter non debz fieri pastor dominici gregis
qui nescit pascere oues. aut qui nō vult. beu quotiens sit in op-
positum. et ideo horrendū est quod ait grego. Audite mīseri. quia
nobis dixit. di estis. dixit et nobis. vos autem sicut homines
moriemini. et sicut vnus de principibus cadetis. ac si diceret.
feci vos p̄cipes ecclesie mee. facere et vos deos et filios meos
sed imitari deum vestrum nolūstis. et pascere oues vestras ver-
bo dei et bono exemplo pro quibus ouibus mortuus est filius
dei. Considera mi frater et omnes tui similes. quia omnes mo-

DD iij

Ergo nō bñ.

nō bñ

910

Ergo dicit. di estis. et ait. et respondit.

Capitulum sextum.

Erituri estis et nescitis qñ. quia nihil certius morte nihil incertius hora mortis. Cogita ergo te sp moriturū qz nescis qñ et talis premeditatio trahit te a multis malis. ¶ Exemplū legiſ in libro de dono timoris q quidā magnus phūs datus est mūdi vanitatibus et amori mulierū sicut tu mi frater es. Audies vero semel legere de lōga vita antiquoz patrū et tñ dicebatur sp ad quēlibet illoz illud Benef. v. ca. Et mortuus ē. Cogitavit ille intra se q etiam sibi euenire posset. quantūcūqz tps viueret sup terrā. ex hoc cōcipiens cōceptū mundi intrauit ordinē predicatoz. in quo factus est pīsius magister in theologia et vir erimie sanctitatis. D q̄ bene habuit pre oculis illud psal. mi. Homo vanitati siliis factus est. rē. Et illud. Et episcopatū eius accipiet alter. et ideo mi frater tpa lōga noli tibi pmittere. Ne dicat tibi illud. Lu. xij. Stulte ac nocte demones reperēt a te animā tuam. que aūt parasti cuius erūt. Hanc o mi frater mortē necessitatē et humane vite breuitatē cōsiderabat quidam gentilis rex nomine. Xerxes de quo scribit. Jero. in epistola ad Helyodoz. sic dicēs. Xerxes ille potētissimus rex cū de sublimi loco cerneret infinitā multitudinē sui exercitus dicit fleuisse ex eo q nullus eorum quos cernebat post centum annos superuiueret. Nam homo cōparatur arbori ad cuius radices sedēt duo mures. vnus albus et alter niger idest dies et nox huius arboris radices incessanter corrodes. Et hoc siue homo vigilat siue dormiat semper currit ad mortem. Hoc considera mi frater q moriturus es et nescis quando. ne perdas per mores tuā tempus gratiosum et fructuosum in quo possis delere omia peccata tua. Nā si omnes dānati haberēt de illo tempore gratie vnam mediam horam omnes possent se liberare ab eterna dānatione. et sibi acquirere celestem et eternam cōsolationē. Sed non potest fieri. Nam iustus iudex dicit. Quod scripsi scripsi et non mutabo sententiam meam. ¶ Exemplum Nam accidisse legitur apud claram vallem q quidam sanctus vir cum esset in oratione audiuit quandam vocem flebilem lamentantem. et cum inquireret per nomen. Ihesu cristi quid hoc esset. Respondit quedam rauca vox. ego sum anima cuiusdam dānati et meam infelicem deplango penam. Et cum ille vir sanctus de pena quereretur. dixit anima quod inter omnia tormenta

nihil instantū cruciat damnatos sicut amissio temporis gratie
 sibi duz viueret a deo collate: in cuius pua morula potuissent
 egisse penitentiam que eos ab infernali pena liberaffet. Opere
 mur igit bonū dum spūs gratie habemus: ne nobis cōtingat
 sicut primo angelo quē fecit deus quasi deum. ⁊ fecit eū quasi
 filiū dei. et vnū de principibus suis potētissimis. Sz angelus
 per supbiam peccauit ⁊ deus esse desinit: de principatu cecidit
 et factus est demon horribilis. non tñ mortuus est. qz nō erat
 res mortalis. Vos aut. tu et tui similes moriemini. et cadetis
 ab omni dignitate vestra. Dementote ergo vnde cecidistis. et
 primo opa facite sacerdotalis dignitatis: honorem vrm serua
 te: nō vocemini concubinarij: meretricarij. i. publici peccatores
 et mali exemplares. sed p̄bete subditis vestris bonū exemplum
 vt dignesup cathedrā sedeatis. vt sic merito vocemini sacerdo
 tes veri et boni portātes legem domini in corde eam diligēdo
 Scdo in ore alijs p̄dicando. Tercio in omni vita vestra eam
 seruando. Sed beu quis vestrū est qui seruat eam in corde vt
 de eo dicat illud ps. Lex dei eius in corde ipsius. Aut qui ser
 uat eam in voce et de eo dicat illud Malach. Lex veritatis fu
 it in ore ipsius et iniquitas nō est inuenta in labijs et multos
 auertit ab iniquitate sua. Aut quis vestrū est qui seruat eā in
 opere. vt nō solum sit p̄dicator sed et factor legis. fm qd dicit
 Jacobi. i. Et quamuis quodlibet debeat in se habere sacer
 dos tñ p̄cipue debet eam habere in ore ne sit quasi canis mu
 tus nō valens latrare cōtra peccata hominū vt habet Ezech.
 iij. fili hominis. speculatore dedit te domui israhel. Si p̄o nō
 annuntiaberis eis vt impius auertat a via sua mala: et in sua in
 quitate moriet: sanguinem. animā eius de manu tua requiras
 Sup quibus verbis dicit beatus Grego. Pensandū nobis est
 quantū sibi connexa sunt peccata subditorū et prelatorū. quia
 vbi subditus ex culpa morit. ibi est qui p̄est. quia tacuit reus
 mortis tenebit. Totē occidimus quot ad mortē ire quot
 die tepidi ⁊ tacētes videmus: sanguis em morientis de manu
 requirit speculatoris. Surget igit et inuigilet et in malis acti
 bus p̄tradicat si vult euadere mortē. Unde Ezech. eodem ca.
 iij. Si aut annūtiaueris impio: et ille nō cōuersus fuerit ab im
 pietate sua: ipse quidē in impietate sua moriet. tu aut aīaz tuaz

no ter

Capitulum sextum.

no liberasti. ¶ Item Grego. inuehit cōtra illos dicens Dne. xvi.
Ecce totus mūdus plenus est sacerdotibus. sed tñ in messera
ro reperit opator. qz offitium quidem sacerdotale sumimus. sed
offitiū sacerdotis heu non implemus. Fructus quidam sancte
matris ecclesie in stipēdio quottidiano pcipimus. et tñ p eadē
ecclesia in p̄dicatiōe minime laboramus. p̄semus cuius damni
natōis sit sine labore pcipere mercedem laboris. Uix p culpa
sua apta quicpiā rēp̄ndimus: et adhuc qđ est grauius si psona
na fuerit in m̄do. hoc aliquid potētie eius fortassis errata lau
dantur ne si aduersant per iracundiā munus aut gratiā subtra
bat qđ prius impendebat. Sed debemus sine cessatiōe memi
nisse qđ D̄s scriptū est. Comedunt peccata populi mei. Cur
aut peccata populi comedere dicunt nisi qz peccata delinquen
tiū fouent. ne tp̄alia stipendia amittant. sicut et nos qui ex ob
latiōe fidelū uiuimus: quas illi pro peccatis suis obtulerunt.
Si comedimus et tacemus: p̄cū dubio peccata māducamus
ergo cuius criminis reus sit apud deū pretium manducare. et
nūl cōtra peccata p̄dicando aut orando agere diligēter auscul
tare. Et ideo zelum feruens et ignis eloquiū dei in ore v̄ro ha
bete. et verbū p̄dicatiōis vestre quasi facula ardeat et cōtra vi
tia inflammēt. et oīno caueatis ne oppositi fatiatis p̄dicatiōi
vestre. Hinc mi frater redi in cor tuū et considera diligēter. qz
tu potērior es in ciuitate tua inter omēs p̄sbiteros: quis ergo
audet te corrigere in cōfessione ⁊ extra. certe nullus. ne perdat
tuam amicitia et gratiā. Vident em̄ te nimū habere amorem
ad validam tuā: et te nimū delectari in eius aspectu. O mi fra
ter auerte visum tuū ab ea et conuerte teipm ad ymaginē cru
cifixi. et vide et cōsidera q̄ mirabiliter fuerit mortu⁹ vt tu eter
naliter secū uiueres. Noli plus amare creaturā q̄ tuūz creato
rem. nec tuā meretricem q̄ mariā dei genitricē. nec tuos gen
tios q̄ societate omniū sanctorū et angelorū. Promitto em̄
tibi si nō cessaueris ab amore cōcubine tue antefinem vite tue
tunc risus tuus vertetur tibi in luctum maximū: et gaudiū in
mesticiam. Et nunq̄ habuisti tantū gaudiū in aspectu tue da
lide concubine et puerorū. quin infinitū habebis maiorem pe
nam de aspectu omniū demonū. De magnitudine penarū que
habetur ex visu demonū audi exemplum. ¶ Erat quidam sea

claris et criminosis multū qui militauit dyabolo in luxuria
et ceteris peccatis multis annis. tandē in vno sermone ubi au-
diuit predicare de eternis penis infernalibus. et de horribili
aspectu demonū. tandē deo inspirante cōpunctus qui nō vult
mortem peccatoris s; magis vt cōuertatur et viuat. intrauit ob-
seruantia regularem. Cōsiderans hoc dyabolus qz suus miles
cuperet recedere ab eo per ingressum religionis. cū vna noctū
dormiret in dormitorio cū ceteris fratribus apparuit ei dya-
bolus in specie valde horribili. qui cepit vehementer clamare. et
cum venisset ad eum fratres videbāt eum fixis oculis ad parietē
et immobiliter pspicientem. et horribili timore cōcussū. Fra-
tres vero ceperūt orare et locū aqua benedicta aspergere et sic
demonem fugare. Dāne autē a priore interrogatus quid cōtra-
riū in nocte habuisset. Respondit quia dyabolū vidisset. Et re-
quisitus cuius forme est. Respōdit hanc non possumus descri-
bere facilliter. hoc inquit dico. Si esset furnus ardens ex vna
parte. et figura illius ex alia pre magis eligerem intrare furnū
ardentem q̄ videre illam horribilem demonis figurā. Exinde
dicit quidā senex. Credo q̄ si quis videret demones in easo ma-
qua damnati solent eos videre nō posset viuere sed statim mor-
reretur. Unde Grego. dicit de Crisost. q̄ cū infirmaretur vidit
multitudinē sibi affantium qui cepit alius clamare. Inducias
vsq; mane. inducias vsq; mane. Et cū hec verba diceret vertit
se ducatq; illuc ne videret illos demones. et pre nimio timore
vehementissime cōturbatus statim moriebat. Ecce mi frater q̄
horribiles erūt in afflictu qui taliter occidunt solo suo aspectu
Nam talis p̄sideratio penarū infernalium fecit quendā iuuenem
delicatū et filium comitis intrare religionē et sanctā obseruan-
tiam ordinis p̄dicatorū. Deinde parentes miserūt ad eum pe-
dagogū suum solennem magistrū vt persuaderet sibi egressum
anteq; p̄fiteret dicens. Delicate nutritus es et nō poteris su-
stinere rigore ordinis. Qui r̄ndit. Venerabilis magister ppter
hoc intraui. qz scui me delicatū et asperitates nō posse sustine-
re. cogitans apud me fm q̄ audiui p̄dicare. q̄ pena inferni sit
maxima nimis et mihi intollerabilis. et ideo elegi mihi poti-
us hāc sufferre penam ordinis. q̄ illum infernalē sustinere crucia-
tū. Nam scriptū est Job. vi. Qui timet pruinam irruet super

Capitulum sextum.

Ex

eum nix. ¶ Exemplū. Hāc igit magnitudinē penarū vidit quis-
dam miles de quo scribit Beda in gestis angelorū. q̄ tempe
Cōstantini. Junioris quidā miles defunctus est. circa annos
dñi. ccc. vi. Qui post modū vite est restitutus penis igit territus
quas vidit. fugit ad heremū fecitq̄ cellā iuxta quendā fluvium in
quo vestibus indurus sepe balneabat p̄mittēs vestimēta ad car-
nem cōgelari. postea p̄o balneū calidissimū intrauit et sic cōtu-
nue fecit quousq̄ moreretur. Et cū de isto facto a vidētib⁹ arguer-
etur. taliter respōdebat. Si vidissetis ea que ego vidi eadē vel
maiora mecum faceretis. Hāc fm gre. sup. Job. Super omia pron-
tuocat cōpunctionē visio pene infernal. et p̄duratio eius eterna.
Hāc posito q̄ esset lapis de arena tam magnus vsq̄ ad octauā
spērā. et post mille annos vna arenula siue vnū minutissimū
granū a dicto lapide tolleret donec tot⁹ lapis ad nihilū redige-
ret. an tunc eternitas pene terminaret. Respondet q̄ nō. sed vir
esset inchoata. Nam finiti ad infinitū nulla est p̄portio. vt dicit
pbūs. viij. pb̄sicoz. Hec etiam eternitas pene infernalis et cō-
sideratio eiusdē auertit falconē marsiliensem. ¶ De quo nota ex-
emplū. Qui cū esset excellens ioculator et vanitatib⁹ seculi de-
ditus semel cepit cogitare de eternitate pene gehēnalis et dixit
in corde suo. Si tibi p̄poneret vt in aliquo molli lecto et bñ
strato laceres. ⁊ nulla necessitate cogēte recederes tu nullo mō
posses sustinere. quō ergo sustinebis sempiternā et infernalem
penam. Hāc cōsideratiōe perterritus reliquit oīa et factus est
p̄batus monachus: ⁊ postea factus est episcopus thesophamus
et vir eximie sanctitatis. Hec oīa scribo tibi frater vt et tu fatia-
as et saluus eris. Peccasti quiesce sicut p̄cepit dñs. et incipe ze-
lare pro domo domini sermone et ope qd̄ valde magnum est.
Unde Richardus de sancto victore. Nescio si potest hō a deo
in hac vita aliquid maius accipere q̄ vt eius magisterio puer
si homines in melius vertent. vt de filijs dyaboli: dei filij effici-
antur. An tibi forte maius videtur mortuos suscitare. Nō certe
in infinitū plus est aīas ad ymaginem dei creatas suscitare: vt
cū suo creatore in eternū viuant. Idē Richardus sic ait. Absq̄
dubio nihil sic placat deum sicut zelus animarū. Q̄ q̄ multas
creaturarū virtutum habūdantias aliqui ex dei gratia suscepe-
runt et hūc zelum accipe non potuerūt. Quā multos videmus

Mo

bodie spiritu pauperes: spe gaudentes: caritate feruentes. mul-
 rum abstinentes: supra modum patientes: ad zelum sunt animarum
 nimis tepidi et torpentes. Alij quasi ad custodiam humilitatis deu-
 linquentes increpare non presumunt. Alij ne fraternam caritatem
 perturbare videantur peccantes arguere metuntur. Et sic diuersimodis
 de non zelantes pro domo dei: recipiunt angelum tenebrarum
 pro angelo lucis: omnia que sunt sua querentes: non que iesu cristi.
 Si enim episcopus debitum honorem non recipit a presbitero. aut
 presbiter a dyacono: aut dyaconus a lectore irascitur et perturbatur.
 Si autem viderit episcopus presbiterum: aut presbiter dyaconum cir-
 ca obsequium ecclesie non permanentem: aut subditos suos peccan-
 tes in deum: neque irascitur neque curat. quia omnes de honore suo
 solliciti: de honore autem dei pauci. Si populus decimas non ob-
 tulerit murmurant omnes. Et si peccatorem populum viderint: nemo
 murmurat contra ipsos. Quid est ergo quod ceteri homines cuius-
 que status nobis infesti sunt. Lerte non possumus dicere quod
 hec sit causa quod filij huius seculi persecuntur nos tanquam filios lucis
 sicut videlicet ysmabel ysaac persequeretur: et esau iacob. quia non
 sumus filij lucis sed tenebrarum: quia non lucent opera nostra coram
 hominibus: ut glorificetur pater noster qui in celis est: sed ma-
 le agentes lucem odimus. Non sumus ysaac. quia nos ipsos repro-
 mitione fraudamus. Nec sumus iacob. quia dyabolum non sup-
 plantamus: sed potius coadiutores eius sumus. Quam ergo
 causam allegabimus quare seculares sunt nobis infesti. Non oc-
 currit nobis alia causa nisi quia transgressores legis sumus. Nec
 eam in corde diligimus: nec eam in ore ut predictum est predicamus
 nec etiam eam opere adimplemus: et sic abutimur sacerdotij digni-
 tate. Quod hoc sit verum attendite quid scribit Malach. ij. Labia
 sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius. quia an-
 gelus domini exercituum est. Ubi mori subdit. Vos autem recessistis
 a via et scandalifastis plurimos in lege. Irritum fecistis pactum leui
 dicit dominus exercituum: propter quod dedi vos preceptibiles
 et humiles omnibus populis. quia pollulistis sanctuaria mea:
 et hec tam bene considerat sicut in alijs. Nam qui deberet esse
 templum spiritus sancti: fecerunt de seipsis speluncas latronum seu
 demonum. Ubi enim maior emulatio peccatorum nisi in sacerdoti-
 bus. qui non solum in se omni iniquitati sunt pleni: sed etiam

Mo 62

Anasit. dicitur de no
 zelant ut qd

Mo 10
 Causa quo seculares
 persequuntur

no 62 20

Capitulum sextum.

alii sunt occasio peccandi. et ruine eterne damnationis. Quod bene designavit dñs cum defleret civitatē iherlēm. Nam mox intravit templū et corripuit sacerdotes et eorū expulit negotiatores. ac si cientes videntes et ementes diceret. Vos fecistis errare populū meum. Vos estis casus illorū. qz non fuistis solliciti de amore et salute eorū. sed de oblationibus et auaritijs vris solliciti fuistis. Et quibus vna cū populo in supbia et lascivia et voluptate vicistis. sicut et nunc sacerdotes sibi invicē in iniquitate cōgregant. Nunc in adulterijs fornicationibus. nunc in cēstibus carnalibus: nūc in mulierū amoribus: nūc in cōcubinationū cobitationibus: in osculis: in amplexibus: et in meretricijs cōteritijs. Et sic in talibus peccatis stantes divinis se ingerūt gravissime peccātes. qz deum suū crucifigunt et eum in feridissimas cloacas corporū suorum. piciunt in eternā damnationem animarū suarum. Nunqd iudas intantū peccavit? certe nō. qz iudas xpm semel tradidit: postea nimis doluit. et penitentiā ducens laqueo se suspēdit desperās de dei misericordia: i quo plus deum offendit q̄ in eius traditiōe. quoniā si veniās que vñisset. veniā vt petrus apud deum inuenisset. Hostri autē sacerdotes p̄cipue qui sunt fornicarij: aut aliū de luxuriosi: tabernarij: lusores. simoniaci. p̄ietarij: ac in alijs peccatis mortalib⁹ celebrāt. de quibus nō sunt absoluti q̄uis denies illa sint confessi. qz nō vere contriti: interim q̄ cōcubinarij suas mulierculas in domo vel alibi retinent. p̄ietarij sua p̄ria: simonia vcus suū beneficiū quod p̄ simoniam acquisiuit. Et est vere lamētabile quid et magnū malum. Nam stat p̄sbyterū ad triginta annos aut plures esse cū cōcubina: aut religiosū in monasterio cum p̄prietate sua. et cui in tot annis nō est dimissum minimū etiā peccatum quociens est p̄fessus: etiam si pape fuisset p̄fessus. qz de peccatis omnibus nō est p̄ritus. et qz deus gratiam suā non diuidit vt etiam insipius habes. Et sic tales quociens celebrant: totiens sibi penam quā sustinēt Layphas et pilatus augmētant. O mi frater cordintime attēde si nihil aliud in sacra scriptura qđ cor tuum induratū molliet ad resiciendū a te tuā validam et omnem aliā peccandi occasionem. Merito verba beati. Augu. omni memoria dignissima deberēt cor tuū ad verā cōtritionem emollire. Et hec itz verba beati.

De iud. spiritibus

De iud. spiritibus

Augustini. Vallem sustinere penam. Cayphe. Herodis et Phari-
 lari. quam penā sacerdotis indigne celebrātis. Vodo indigne
 celebrat omnis qui scilicet in peccatis mortalibus celebrat. Ut
 si omnes p̄prietarij. cōcubinarij. luso- res in cartis &c. O mi fra-
 ter. quotiens tibi penas istoꝝ trium damnatoꝝ in viginti tribus
 annis acquisisti interim quo tuam cōcubinam possedisti. certe
 totiens. quotiens interim celebrasti. O mi deus q̄s profunde tuā
 animam in pfundum baratri eterne damnationis dimeristi.
 Nec mireris q̄ sanctus. Augusti. talia dicit verba: Judas em̄
 semel indigne cōmunicauit. et in eū sathanas intrauit. In istos
 etiam quocienscūq̄ sumūt intrat et eos possidet q̄ sibi iudiciū
 manducat. et bibūt non diiudicātes corpus dñi. a cibo p̄phano
 et immūdo. Sicut dominus cōqueritur per. Ezechie. p̄betā.
 ca. xxiij. dicens. Inter sanctū et p̄phanū non habuerūt distantia
 inter pollutū et mundū non intellexerūt. Ne ebrietatibus sacer-
 dotū et tabernas frequentantibus qui peccāt de mane vsq̄ ad
 vesperam. et estuat vino vbi resonat cythara. lyra et timpanū in
 cōmunijs eoꝝ. et opus domini non respiciūt. Ne ve ve q̄ non
 sufficit talibus sacerdotibus ebrietati descruētibus. vt hic dāo
 nētur siue cōmuniōe priuent corpis et sanguinis dominici. vt
 dicit in canonibus apostoloꝝ. Sed vt bibāt de vino ire et res-
 pleant amaritudine fellis et inebrient absintheo et fletu et strin-
 dore dentiū sine fine. p̄pter quod dicit ysa. v. Infernus aperuit
 os suum. absq̄ vllō termino q̄ non solum ipsi sed etiam eorum
 subditi damnāt sicut ibidem dicit. Propterea captiuus ductus
 est populus meus videlicet in infernū sicut populus iudaicus in
 babilonē. quia non habebāt a suis sacerdotibus scientiam. qui
 potius student in delicijs quā in oratione et opere p̄dicationis.
 Et qui positi sūt hominū pastores hī student ipsius dyaboli esse
 venatores. In signum cuius pascūt canes nifos et accipitres.
 qui pascere deberēt corporaliter et spiritualiter pauperes et cri-
 sti fideles: Cum scriptū sit. Nolite sanctū idest cristi patrimo-
 nium dare canibus. s̄ pocius sanctis in quibus esurit cristus.
 Unde iero. Esau venator erat. quia peccator erat. Et penitus
 in scripturis sanctis nō inuenimus aliquem sanctū fuisse venā-
 torem. Sed beu quid nam dicā. Quidam venantiferas in siluis
 quidā vero feminas in corcis. O quanta insania sacerdotū ne-

EE i

No. 15. Long. 17.



No. 15.

No. 15.

No. 15.

Capitulum sextum.

sciunt miseri qꝫ quot saltus faciunt sursum tot saltant passus
in infernū. non ducūt chorū angeloz. siue cristi ad dexteram in
eius iuditio collocādas vt cū eis audiant. Venite benedicti pa-
tris mei ꝑcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi.
Sed ducūt chorꝫ dyabolicū siue bedos ferētes in luxuria ad
sinistram vbi cū eis audiāt: Ite maledicti in ignem eternū. Sic
cut quondam fecerūt romani et ꝑcipue sacerdotes ydolorum
ydolatrātes corā ydolis saltabant et se incuruabant flectentes
inlitiiformiter genua sua ⁊ mēbra vt ydola ad misericordiā puoca-
rent. Sic nūc sacerdotes in dedicatiōe ecclesiay saltāt vt ydola
idest meretrices ad sui voluntatē et lasciviā implendā inuitent.
ad hunc O mi frater nō suffitio de vobis sacerdotibus ammirari qꝫ tā
negligentes estis ad resistendū vicijs et ꝑcipue peccato luxu-
rie cum tñ non sit viciū quod vos ita debonestet. et animā
vestram denigrat sicut luxuria. Nam si ꝑspiter sit auarus. vsu-
rarius. gulosus ⁊c. solum nō sit luxuriosus tunc ab omnibus
hominibus habet sanctus et honestus. Si vero de alijs vicijs
est innoxius sed vacet solūmodo luxurie cōtempnitur ab om-
nibus hominibus tanqꝫ ꝑspiter viciosus. Cum tñ vos viri
sitis idest viriliter pugnantes contra mundum. carnem et dy-
abolum et cōtra omnia vicia. Sed mulier dicat quasi mollis aer.
Et tñ reperiuntur mulieres quod in maximā dico cōfussionem
vestram qui inuincibiliter pugnāt contra omnia vicia et cōtra
carnis immūditiam et ꝑcipue luxuriā vsqꝫ ad mortem. qua
ꝑpter tibi et omnibus similibus sacerdotibus et hoc in erube-
scenciā omniū vestrum scribam de vna matrona legitima de
qua scribit beatus Augusti. in libro de ciuitate dei sic dicens.
Ex libro de ciuitate dei ¶ Erat quedam mulier romana nobilissima moribus et gratia
nomine. Lucrecia. vxor Collatini. qui cum vna dierū filium.
Torquini impatoris nomine sextū ad castrū suū inuitalset.
Sextus vero moꝝ captus ꝑre pulchritudine illius mulieris
Lucrecie. Et tñ non fuit ausus quicqꝫ desiderare. sed expec-
tauit tps opportunum quo imperator ⁊ vir mulieris de Roma
recederent in negocijs imperij tunc ipse moꝝ est ad castrum re-
uersus. et ibidem pernocravit non vt hospes sed vt hostis cubi-
culum lucretie intrauit et euaginato gladio eam vi turpiter op-
pressit. et sic moꝝ recessit. Contigit vna dierum vt illa sic vio-

Ex libro de ciuitate dei

lenter oppressa pre dolore patrem et maritū. et vnum cōsulem
 imperatoris amicū suum vocaret. et coram omnibus dixit. Vir
 preamāde noueris vestigia viri alteri⁹ fuisse in lecto tuo. et nar
 rauirem gestā. Et subiunxit. Verū tamen licet si violatū corpus
 meum innocens est tū animus meus. Et ideo salua mea culpa
 non tū a pena. Et si aliqua mulier velit capere exemplū a mea
 culpa nō negligat etiam cape exemplū de mea pena. et sic gladio
 occulto suo clamide. p̄pria manu transfigit se. p̄pter immentum
 dolorem quem habuit de tali turpi actu. Quo facto amici eius
 gladio arrepto iurauerūt per sanguinē Lucretie. oportet p̄ge
 niem. Torquini impatoris elci de roma ne in futurū regnet in
 ea quod et fecerūt. Nam corpus eius Rome ad iudiciū defe
 runt. et seditionē magnam in populo excitant: et torquinū super
 bū impatorem exulare compellūt Sexto filio eius criminis au
 ctore interempto. O mi frater p̄sidera magnā tristitiam huius
 mulieris de isto nepbando actu in quo tū non peccauit. q̄ scri
 ptū est. Omne peccatū a deo voluntariū est. q̄ si nō est volun
 tatiū non est peccatū: et tū a crimine se p̄uniuit p̄pter nepbana
 dum actum. O mi frater vbi est pugna tua et omniū aliorum
 concubinariorū contra omnes actus luxurie et aliorū pecca
 torum. Cum tamen esse deberetis sanctissimi inter omnes ho
 mines. quia excellentissimi et dignissimi estis inter cūctas crea
 turas vt supra patuit. Si vero vestram excellentiā et magnam
 dignitatem bonis et virtuosis operibus et verbis nō decora
 bitis: tunc indubitanter dīmersi eritis in profundū maris. scz
 inferni. sub omnibus paganis: iudeis: et malis cristianis: quia
 estis oleo sanctificatōis vincti: ideo vehementius ardebitis in
 flamma iehennali. quia benedictionē nolūstis et elongabitur
 a vobis: et veniet super vos eterna maledictio. Rogo misra
 ter vnde hoc q̄ verecundantē vocari sacerdotes. quidam ton
 suram non deferunt: quidam coronā abscondunt: quidam tyri
 nos ex capillis suis extorquent et incrispant. quidam nitorem
 habent in facie vt meretrices sucate: quidam resplendent in ve
 ste vt babilonis filie. vt sepulchra for̄ dealbata intrinsecus aut
 ossibus mortuorū plena. et tales decorati sunt ab extra: intus
 vero pleni sunt fetore et luxuria. Quidam vero incedunt nō
 dati et stricti: angustiati. intantum q̄ tunica strictior sit cute
 EE ij

*habet illi qui p̄uenerunt
 p̄m dicit*

Capitulum sextum

Mo 12
De vicijs clericorum

siue ventre et multū breuīs. Non alia causa omnium istoz est nisi quia sūt lucuriosi. itē quidam ornant equos suos in frenis sellis. calcaribus militaribus seu secularibus armis et vestibus q̄ vix notari possunt. an sint milites dyaboli an cristiani. Quidam vero cingulos aureos. argenteos et sericos deferūt. quidā ocreas pedibus sic diligenter adaptāt ne aliquē ruge appareāt. Et sic calceos siue forulares strictos deferunt et rostratos. vt oculis hominū et precipue mulieribus placeāt. Unde hec omnia nisi ex ocio q̄ non student. nec orant. nec predicāt. Certē si cristi patrimoniū vndiq̄ male expēdimus sicut illud diuersimode male acquirimus. Alius nanq̄ turpe loquit̄. Alius turpe lucra sectat̄. alius exercet vsuram. Alius cōmittit symoniā. Unde de his omnibus ait beatus Iero. Negociatozem clericū de ignobili nobilem. de paupere diuitē fecit. furtiue ad beneficia intrāt. non per ostiū veritatis. s̄ per mendacia falsitatis siue p̄ falsas promotiones. siue etiam per falsos titulos. siue falsas litteras. Alius vero p̄ amicoz intercessionē ubi non p̄pter decem sed p̄pter carnem et sanguinē amiceū tribuit beneficia. Alius per cupiditatē. et nō recipit sacerdotiū aut beneficiū vt deo seruiat. sed vt ditet et ocietur. Alius aut̄ cum Jezi. vendit spiritus sancti gratiam. vendēdo sepulturā et res sacras. et sacramenta. vel iniungendo penitencias quadragenas. siue peregrinationes vt pro eis comodū accipiat scilicet pecuniā. Alius aut̄ cum symone emit spiritum sanctū. siue p̄ ordinibus vel beneficijs curatis et non curatis. Sed quāta sit iniquitas symoniā nesciūt. cum cetera peccata in cōparatione symonie pro nibilo reputent. Et quicquid ex auaricia cōgregant. in luxuria expēdūt vel potius in alea siue taxillis et cartis. Quanta sit illoz maledictio non facile cognoscit̄. q̄ ibi mendaciū. ibi periuriū. ibi blasphemia. ibi lites. ibi homicidia. ibi cetera vicia. sine numero. Rogo te sacerdos tu lutor qđ est lucrum tuū in taxillis et cartis. Si lucra ris restituere teneris saltem pauperibus dando q̄ male acquirum tenere nō poteris. Si p̄dis tibi non restituit quia indignus es recipere qđ et pessima voluntate deo cōtraria p̄didisti. Postremo nō est pars tibi in hereditate dñi. nec in dominicis sacramentis. vt dicit̄ in canonibus apostolorū. Episcopus aut̄ p̄spicit̄. aut dyaconus aleē aut ebrietati deferuēs. aut desinet.

De ludo sortium

aut certe deponitur. Subdyaconus aut lector. aut cantor. aut psalmista similia facies aut designat aut cōmunionē priuē. *Eur* hoc. qz ois lufor si lucrat. lucrat infernuz Si perdit. pdit celeste regnū. Sunt et alij sacerdotes qui bona sua bystrionibus triboūt vt laudent ab ipsis de quibus psalmista loquit. Laudat peccator in desiderijs anime sue. et iniquus benedicit. A quibus aut sic hoc certe nō ab angelis vel a sanctis vel a sensatis hominibus. sed ab bystrionibus vbi similis simile sibi laudat. Sūt et adhuc alij sacerdotes et clerici qui sacramētis abutunt in cōiurationibus et in cōmutationibus vel in sortilegijs. vel in suis nouis aut primis missis. et hoc amore mulierū vt pecunia cōducti. Primo cingūt se cingulis ad superstitiones faciēdas. Item si qui superbūt ptra febres aut alias infirmitates hominū seu animalū caractares vel figuras cū ignotis nominibus supponunt aut hostiam. aut cedulā. Scribūt aut sic. Ihesus aut trāsiens per mediū illorū ibat. Lutum fecit dñs ex spūto et limuit oculos cecī rē. Et hoc solū qñ tale euangelij legūt in ecclesia et non alio tpe. ac si illa verba euāgelij non valerent alio tempore scripta. nec tūc quando legūt euangelij et hoc est supersticiosum. Vel faciunt cruces in die palmarū quando passio domini nostri Ihesu cristi legitur. et sic de alijs multis. Sacerdotes qui has superstitiones vel supersticiosa faciūt vel permittūt fieri scienter et non phibent vt dicit. Grego. Non sunt sacerdotes domini nostri ihesu cristi. sed Belial. arioli non kristiani. nec prespiteri. Ecce quomodo cōtra altissimū deum leuamus calcaneum et enim cōmedentes de mensa ipsius panem et vīnum idest corpus et sanguinem Ihesu cristi sumentes. de quolibet nostrū dicatur illud psalmiste. Homo pacis mee in quo sperabā. et qui edebat panem meum magnificauit sup me supplantationē. Et iterum Qui mecum dulces capiebas cibos leuasti calcaneum contra me. Et ideo sequit durissimū verbū in omnes criminolos sacerdotes. Veniat mors super illos et descendūt in infernum viuentes. Quare hoc. quia cōtemserunt legem meam. et polluerunt templum sanctū meum. videlicet corpora eorū per luxuriā. Q mi frater de hoc dicam tibi grande exemplū. et hoc volue reuolue in animo. Unde etiam ortum habuit religio cartusienis. qđ cū magna cōpassione audire debes. sicut patres narra-

EE iij

orh m d

Capitulum sextum.

٤٥٧

uerūt nobis. Quod fuerit magnus doctor et prespiter, regē
actu parisiis in theologia magni nominis atq; fame, sed lubri-
cus atq; peccator, qui ad vltimū vite pductus est terminū am-
issione tanti viri vrupte, tam magistri q̃ alij clerici vniuersi pas-
risius non modicū cōtristabant. Ad cuius obsequias vt moris
est cōtulerūt. Omnibus igit qui ad exequias pertinebant ho-
norifice et rite pactis, peruentū est ad hoc vt defuncti corpus
poni deberet in sepulchro. Circumstātib; autē, clericus qui de-
functus erat clamauit dicens, Iusto dei iudicio accusatus sum.
Quod audientes dicti clerici et sacerdotes et magistri nō im-
rito stupefacti, iniro cōsilio retulerūt corpus in ecclesiā in cra-
stiniū reseruātes. Sequēti die exequijs iterū celebratis dū vellēt
corpus ponere in tumulū iterū clamauit mortuus. Iusto dei
iudicio iudicat⁹ sum. Tūc magis ac magis admirati dicti ma-
gistri ac sacerdotes cōquerentes inter se quid facere deberent,
dixerunt q̃ iudiciū poterit sonare in bonū vel in malū. Unde
fuit cōmune cōsiliū omniū, vt etiam vsq; in sequentē diem qui
defunctus erat intumultus seruaret, qđ factū est. Diuulgato
igit predictoz̃ rumore sequēti die venit pene vniuersa ciuitas,
et cū ponerēt mortuū in sepulchro pparato clamauit iterū ⁊ ter-
tio dicens, Iusto dei iudicio cōdemnat⁹ sum. Dicti igit magistri
audito hoc vbo tractatu habito diligēti dixerūt eum esse dāna-
tum. Erat autē tūc temporis quidā canonic⁹. Reniens magister
in theologia noīe Bruno magne sanctitatis et profūdi ingenij.
Qui attente rem cōsiderans vocauit quosdā de scolariib⁹ suis se-
crete, et ait illis, Ecce videte carissimi et asculcate qđ agere de-
beam⁹. Si homo tāte scie tante vite et fame dicit se accusatū,
iudicatū et cōdemnatū, qđ nos miseri peccatores sperare debe-
mus. Ipsi vero scolares quos vocauerat dicebāt Magister in
omnibus parati sum⁹ tuo acquiescere cōsilio. Ait magister. Cō-
sulo vobis omnibus vt fugiam⁹ mundū, et omnia que mundi sūt
et habitemus in solitudine. Iuxta illud ps. Ecce elōgani fugiē
et māsī in solitudine, et recipiam⁹ ordinem penitētie et securitatē.
Et addidit etiā, Est qđdam epūs sanctus in ptrib; burgūdie in
ciuitate Branopolitana, vbi in eius episcopatu sūt loca deserti
et pene inaccessibilia eam⁹ ad eū et et eius cōsilio omnia faciem⁹.
Venerūt ergo septe illi viri vnānimes et vnius voluntatis. Cū

vero Intrarent predictā ciuitatem accidit vt vir sanctus scilicet
episcopus obdormirer in camera sua. vidiq; in somnis et ecce
septem stelle cadebāt ante pedes eius. et postea ascendebāt per
diuersos mōtes. et multa deserta vsq; ad locū quendā horribi-
lem valde et ab homibus semotū steterūtq; ibi. Euigilāte autē
dicto episcopo et de visione stellarum cogitante. adest magister
Bruno cū socijs suis. Cadentibus autē predictis septē viris ad
pedes eius cōferebat in corde suo de septē stellis. Nam isti etiā
septem erāt viri qui tacebāt ad pedes eius. Allecubabat autē eos
benigne deosculās eos et inquisita causa dicit intellecta quare
venissent dixit ad eos Scio locū vestrū vobis a deo paratū.
et duxit eos nō sine grāde labore in locū vbi steterūt septē stelle.
Et ait. Ecce locus vester Ibi igit ipso episcopo sancto iuuāte
ceperūt edificare primā domū Carusiensis ordinis. que dom⁹
carbuisa vero nomine nūcupat. Et sic frater preamāde fugia-
mus de hoc mūdo et sepeliāmur in sancta religione et obsere-
uantia regulari. Ibi homo viuit purius. quiescit securius. mor-
ratur frequētius. cadit rarius. resurgit facilius. incedit caucius.
moritur cōfidentius. purgat cicius. premiat copiosius. et non est
vita in toto mūdo tam apta et secūra ad apprehendēdum prae-
sū. eterne felicitatis sicut obseruātia regularis. Et hoc de. vi. ca.

De his qui peruersa intentōe

acquirunt sibi beneficia ecclesiastica.

Capitulum vij.

Uid ergo dicemus qui peruersa intentione ad p̄dicta
q; beneficia acquirēda anhelāt. vt luxuriose atq; splēdide
et voluptuose viuāt. alijsq; p̄sint et dominant et vt ab
bonibus tāq; honesti habeant. et venerent p̄pter qd nullā curā
habent. neq; cōscientiā quibus dolis aut quib⁹ fraudibus. p̄ce
vel muneribus. mendantijs v̄l de tractionib⁹. falsis testimonijs.
violētijis aut iniurijs beneficia acquirūt. dūmodo valent pos-
sēssiones beneficiorū obtinere nō verent neq; erubescūt primos
suos ledere quos beneficijs spoliāt. aut illoz locum sibi vsuro
pant. et sic alijs p̄cesse et nō prodesse cupiūt. Unde secundū
Bern. super canonica. Dū p̄lati idest rectores ecclesiarū pos-
sunt habere lucrum pecuniarū nihil curant perditionem ani-
marum. ymo p̄pter auaritiā et innumera publica mala scilicet